

649-

Sommerwerk

J.W.

N

20

J. G. IMMERMANNI,
PRO RE C T.
GYMNASII MAURITIANI
DISSERTATIO
DE
L E P R A,
MORBO SYMBOLICO,
ACTUI ORATORIO
AD DIEM IX. MAI: MDCCXLIII.
HABENDO
P R Ä M I S S A.

MAGDEBURGI,
LITTERIS NICOLAI GÜNTHERI, REG. PRVSS. PRIVIL.,
TYPOGRAPHI AVLICL.



§. I.

Prisci mortales sine morbis ætatem excere. Rimos mortales, quippe naturæ convenienter viventes, immunes a libidine & luxuria, voluptatum instrumentis artibusque ministris adhuc incognitis, ætatem morborum securos exegisse, sensimque & paulatim, deficiente naturæ vi, exspirasse animam, haud sine causâ inducor, ut existimem. Adjuvat sententiam locupletissimum testis L. A. SENECA Ep. XCV. Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent paulatim. Nec mirum, tunc illam minus habuisse negotii, firmis adhuc solidisque corporibus & facilis cibo, nec per artem voluptatemque corrupto. Addit multa de corruptæ debilitatæque valetudinis caussis, lectu dignissima, in his: Innumerabiles esse morbos miraris; coquos numera. Dii boni! quantum hominum unus venter exercet? ANTIPHANES DELIUS, medicus, apud CLEM. ALEXANDR. Pedagog. L. II. Μιω των γεγονότων ταῦτα την ἐφράσει, των ἰδεομέτων πολυεπιδαιμονίων, Ciborum varietas præcipua morbi caussarum. Sed haud obscure idem colligi licet ex sacris oraculis, Libro, ut veritatis & salutiferæ spei, sic antiquitatum refertissimo. GENES. XXV, 8. LEIGH Crit.

Crit. S. in V. ^{vii}, quam de antediluvianorum & proborum facili & placida morte, RABBI, SALOMON, & LYRANUS usurpatam affirmant. Addunt Judaeorum doctores, neminem Patriarcharum, ab Adamo ad Isaacum, morbo correptos unquam, primumque Jacobum, testamenti ut consignandi locus esset, morbo ut, mortis nuntio, præmoneretur, precibus a Deo O. M. impetrasse, ad GENES. XLVIII, 1. ubi prima morbi mentio in S. L. ABEL *Ant. Hebr.* p. 117. Tanta igitur corporum firmitas, ut vel secula vivendo, naturam satiaret vivendi explerent. Matura mors adeo insolita, ut non, nisi sceleris extraordinarii pena haberetur. GENES. XXXIII, 7. 10. Risum hæc consideranti mihi movent, qui Adamum primum medicinæ Doctorem creant. Sic antiqua placent. NATALIS COMES in *Mythol.* p. 370, exiguum ante bellum Trojanum Medicorum peritiam fuisse docet. PLINIUS *Hist. Nat. Libr. XXIX. C. 1.* *Medicina, inquit, Trojani temporibus clara, vulnerum tamen duntaxat remediis.* CELSUS in *Prefat. Podalirius* & *Machaon, ducem bello Trojano Agamemnonem secuti, non mediocrem opem com militonibus suis attrulere.* Quos tamen Homerus non in *pe silentia*, nec in variis morborum generibus, aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantum ferro & medicamentis mederi solitos esse, proponit. Non prætereunda hoc loco veterum consuetudo, laborantes morbo ad vias in lectica, proprie καθαρω, deponendi, VIRGIL. *Aen. L. XII.* p. 395.

Ille, ut DEPOSITI proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum usumque medendi
Maluit & mutas agitare inglorius artes.

Quod eo factum consilio, ut prætereuntes consilio levarent ægrotos. HERODOTUS, in *Clio.* Δευτερος δε σοφη δηλ απο της νοησης κατεπικε. Τοις καμνοτας έν την άγοραν ἐνφορευοται χρεονται μητροισι, πεσσοντες διν τοις ταν καμνοντα συμβελευται

εστι πέρι της νοσής. στυγή, παρεξέλθειν τον καμποντε ς σφι εξεῖσι, περι
πον ἐπειρηται, ἀντινανοσον ἔχει. Sapienter condidere legem, agro-
ros efferendi in forum, neque enim Medicis utuntur; ut
de eorum langvore consulant, qui eos adeunt; nec fas est
cuiquam, agrotantes preterire silentio, nec antequam explo-
raverit, quoniam ille morbo laboret. HUNDERT MARCK.
Diss. de Agrot. ad Vias Expositione.

§. II.

Morbos a Moribus sensim in pejus versis, morbi luxuriæ & voluptatis pœnæ pedetentim subsecuti. Communi quodam consensu sancta, simplex & religiosa antiquitas, morbos a Deo immissos, arbitrati sunt. Supervacaneum viderunt, hanc sententiam argumentis ex S. Codice petitis firmare, qui hujus generis & exemplorum & testimoniorum & minarum plenissimus, cui præterea perpetuum & solenne est, ad Deum O. M. referre omnia. JOH. V, 14. 1 COR. XI, 30. Audiamus vetustorum sapientiæ magistrorum inter barbaros judicia. PLATO in Phed. Maximos dolores & morbos, ob hominum scelerata, Deorum iræ haud immerito deberi putat. EURIPIDES in Oreste,

Νοσοι δε θνητων, αἱ μεν ἔισιν ἀνθαίρετοι

Αἱ δὲ εἰς θεῶν πάρεστι.

Morborum alii hominum contrahuntur culpa,

Alii Deos habent autores.

HIPPocrates, princeps medicorum antiquæ memo-
riæ, divinum quid morbis inesse credidit, & quandam nu-
minis præsentiam. GARMANNUS de Mir. Mort. *Diss. Proæm.* p. 134. Huc fortasse referendum, III. Romæ fuisse
templa Deæ Febri dicata. ALEX. ab ALEX. *Gen. Dier.*
L. I. C. 13. Hinc *Iepyn νεστος*, morbus sacer, a Luna immixtus
flagitiosis hominibus. ELMENHORST in *Apulej.* p. 343.
ignis

ignis sacer, quorum prior morbus comitialis, quo correp-
tum Germani, eum **Göttermenschen** vocant, posterior
Græcis ἔρην, Arabibus formica. LUCRETIUS L. VI.

Exsistit sacer ignis & urit corpore serpens,

Quamcumque arripuit partem, reptique per artus.

HOMERUS *Iliad. Libr. I. v. 9. seq.*

Ἄγτες καὶ Διος θύες, ὁ γαῖα βασιλεὺς χολωθεῖς,

Νέσον αὐτα σφατον ὥργε κακον,

Οὐενα τον Χρυσην ἡτιμησ' ἀρπτηρε

Ἀλεξιδης.

Latone & Jovis filius regi infensus

Malum in exercitu excitavit morbum,

Quod Chrysen ignominia affecit sacerdotem

Atrides.

Quem morbum castrensem vel pestilentem, ut PSALM.
XCI, 5. XXXVIII, 5. ubi sub imagine morborum faci-
nora sua describit Davides, paulo inferius v. 48. 51. 53.
fagittas Dei vocat.

Ἐννημαρ μεν αὐτα σφατον ὠχέο κατα δεολο.

Per novem dies quidem per castra firebantur missilia

Dei.

Mythologi igitur in fagittis Apollinis imaginem radio-
rum solis, quos pestilentiae caussam ducunt, sibi viduisse
videntur. MACROB. *Saturn. L. I. c. 17.* Apollo ἀοιμος,
quasi pestentialis, ambusti morbo ἀπολλονιβλητοι, πλοβλητοι,
Ἀπολλων quasi ἀπολλων, vocati, idem demonstrant. NATAL.
COM. Mythol. L. IV. c. 10. VIRGIL. Æn. L. III. Pro ingenio
suo, id est, miro artificio commemorat pestilentem annum
miseris Trojæ reliquiis, ob male intellecta Apollinis oracula.
Nec desunt pro more vetustatis fabulæ idem haud obscu-
re innuentes. Exempli loco sit famosum illud Pandoræ
donum, de quo plura Mythologi. Agmen testium claudat

Aet.

HORATIUS, Od. L. I. 3.

Audax Japeti genus
 Ingeni fraude mala gentibus intulit.
 Post ignem ætherea domo
 Subduðum, macies & NOVA febrium
 Terris incubit cohors,
 Semotique prius tarda necessitas
 Lethi corripuit gradum.

§. III.

Medicina
a Diis.

Ut morborum, sic valetudinis & medicinæ autores antiqui Deos duxere. Longum esset, quæ de Apolline, Chirone, Æsculapio, Machaone, Podalirio, Jasone, Panacea, Iside, Serapide vel Osiride, Hermete Trismegisto aliquis artis salutiferæ inventoribus veteres commenti sunt, referre. PEROTT. *Corn. Cop.* p. 1032. & 1033. de Chirone inter stellas relato sub nomine sagittarii p. 492. de Serapide DEMPSTER *ad Rosinum* p. 23. De Iside NAT. COM. *Mythol.* p. 359. & imprimitis DOCT. LAMPII, *Diss. de Honor.* & *Privil.* Med. HUNDERTMARCK *Diss. de Diis artis, medicina tutelaribus.*

Medici igitur ut Dii culti. GARMANN. I. c. p. 145, quasi a Diis donati, quorum ars de cœlo lapsa. LAMPIUS I. c. Quia opinione inductus Philon medicamenta Deorum manus vocavit COEL. RHOD. *Antiq. Lett.* p. 813. & Menecrates morbo sacro felici successu medens eo processit insolentiae, ut se Jovem fingeret ejusque habitu terras circumiret, comitibus stipatus, quos sanaverat, quorum alias Apollinem, Æsculapium alias, alias Mercurium, Herculem alias habitu referebat. vid. plur. ATHENÆI *Deipnos.* L. VII. C. 10. Medicina igitur ars divinitus data, cui Θεος quid inesse statuere, sacerdotibus Ægyptiorum propria & præcipua, quasi pars religionis; Medici divinatores vocati ab Æschylo, ipsiusque Æsculapii prima medendi ratio, *incantatio.* PINDARUS *in Pyth.* III.

Ier.

τεσ μεν μαλακαις,
Επισοδεις αμφεπον.
Quosdam (morbos) mollibus
Incantationibus sovens.

HENELII Otium Wratisl. de morbis per incantationem
sanatis C. 31. Non pœnitentebit Lectores, in memoriam re-
vocare consuetudinem illam antiquam incubandi ad simu-
laca Deorum, quæ Græcis χρηματισμος dicitur αχρηματιζομαι,
incumbo ad lucrum, inhio, de qua ita **VIRGIL.** Æneid,
L. VIII.

Huc dona sacerdos
Contulit, & cæsarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit,
Multa modis simulacula videt volitantia miris,
Et varias audit voces.

PRUDENTIUS in Apotheosi.

In idolio recubans inter sacra mille.

T'AUBMANN ad l. Virgil. p. 764. Sic **PLAUTUS** in Cur-
cul. II. 2. Incubare Jovi. Quod ut factum eo consilio, quo
per somnum responsa Deorum aucuparentur, sic impri-
mis ad templum Æsculapii, Hori Apollinis & Serapidis in-
cubatum, ut vel dormientibus, vel vigilantibus afferretur
medicina. **PLAUTUS** Curcul. I. I.

Hic leno ægrotus incubat
In Æsculapii fano.

T'AUBMANNUS ad h. l. p. 311. **BARTHIUS** ad
Claud. de Laud. Stilicon, L. II. c. 217. **DEMPSTER** ad Rosi-
num p. 23, 69. Congruit, quod ab oraculo petiere medici-
nam, quod & suo tempore multifariam factum, testem
habemus **PLINIUM** Hist. Nat. L. XXIX, **HOMERUM**
Iliad. a.

Ἐι δη ὅμα πολεμος τε δαιμονικη λόγιος Αχαιος;
Αλλ' αγε δη τινα μαντην ἐγειρουεν ἡ ιερεια,

Ηλαγ

Η ναὶ ὀνειροπόλον, ποι γηρ τὸν εὖρον Διος ἐστιν.

Cum duo simul mala, bellum & pestis opprimant Achivos.

Interrogabimus νάτον vel sacerdotem,

Vel somniorum interpretem (nam somnium a Jove est.)

DIODORUM SICULUM L. V. Ιεζουκην ἐπισημην διο της
μεγάτης Τεχνης γρυνωμανην, δι το παλαιον συνεβαινε θεοπεινος
τυγχανεν της ορφεοεντας. Medicinam olim per divinationem
factam, per quam agroti recuperaverint sanitatem, afferen-
tes. Singulari artificio universam ceremoniam explicavit ARISTOPHANES in *Pluto*, Deo divitiarum, cui in
fano ΑEsculapii decumbenti reddit visum Deus. III, 3.

Ἐπέίτα προς τα τεμένος ἡμεν τα θεα,

Ἐπει δε βαρω ποπανα και τασθυματα

Καθωσιθη, πελανος Ηφαιστος Φλογη,

Κατεκλινομεν την Πλευτον, ωσπερ εινος ιν.

Post in delubrum ΑEsculapii conceffimus,

Et are popanis & sacrificii præludiis

Impositis, igni præterea Vulcanio admotis libis,

More solito decumbere fecimus Plutum. Et porro,

Ως δε της λυχνες απεβεβεας

Ημιν παρηγγειλε παθευδεν τα θεα

Ο παρεοιος.

Postquam autem sacrificulus extindis Incibus

Dormire nos iussiſſet.

Insert postea, involutos jacuisse in lectulis, silentium de-
cumbentibus præcepisse sacrificulum, angvium si forte
exaudirent sibilum; ΑEscalapium & filias Japonem & Pana-
ceam accessisse depositos, attulisse medicinam, profiliuisse
serpentes duos ad signum ab ΑEsculapio datum, Pluti cir-
cumlingentes oculos, quo facto visum recepisse narrat.
Sanati pictam tabula fabellam in templo ΑEsculapii defixere.
TIBULLUS de Iſide.

Nunc, Dea; nunc succurre mihi, nam posse mederi,

Picta docet templis multa tabella tuis.

Ad-

Adjiciamus unicum exemplum ex vita Divi Vespasiani, referente TACITO Hist. L. IV. C. 81. & SVETONIO L. VIII. E plebe quidam luminibus orbatus, item aliis debili crure, sedentem pro tribunali pariter adiere, orantes opem valetudinis demonstratam a Serapide per quietem: Restitutur oculos, si inspuisset, confirmaturum crux, si dignatur, calce contingere. Nec eventus defuit. Sic imitatus videretur elufor & veterator, furiarum & manium infelicium infelicissimus Mastix, miracula superum regis sanctissimi felicissimique Jesu. Imprimis, si pestilentia laboratum, Apollinis Oracula petita, ipseque placatus. VIRGIL. L. III. Aeneid. p. 137. seq. HOMERUS Iliad. a. 324. seq. PEROTUS l. c. 1236 - 1237.

§. IV.

Quod de Diis Idolisque suis barbari gloriati sunt, id de Deus Me-
se vere Deus O. M. rerum humanarum sapientissimus mo-
derator, prædicat EXOD. XV, 26. אֵין יְהוָה רֹאשׁ. Et ut si-
mulacrorum cultores medicinam a suis exspectavere Diis,
sic suo jure patres pii a Deo. Reprehenditur igitur As-
sa rex Judæorum II. CHRON. XVI, 12. qui morbo con-
flictatus gravi medicorum non Dei imploraverat opem.
Frequens enim & in sacris litteris mentio, morborum re-
media, vel a Deo, vel a propheta, vel ab Idolo petita.
I. REG. XIV. II. REG. I. 2. VIII, 8.

§. V.

Quod de universo morborum genere demonstratum, Lepra a
de specie quadam pronum erit. Agendum ex proposito Diis, Deo
nobis de lepra, morbo symbolico, singulari non solum poe-
na certorum scelerum, sed & simulacro quadam corporeo
maculati pravitatis labe animi. Nec in maximarum re-
rum ignorantie versatos, fictionum numinum cultui addi-
ctos, latuit, lepram irreligiosorum numinisque contemto-
rum poenam judicari, a Deo inflictam calamitatem. Au-

B

tor

tor est gravissimus, qui nostram testimonio suo sufficit
 sententiam, HERODOTVS in Clio. Ος ἀδι των ἀσων λε-
 πρην ἡ λευκην ἔχη, ἐς πολιν ἔτοις ἀπατερχεται, ἐδί συμμισεγεται τοις
 ἀλλοισι Περσησι. Φασι δι μιν ἐσ των ἄλιον αμαρτινοντα πι, τωντες εχεν.
 ξενοι δι παντα, των λαμβανουμενονύπο τετταν, πολλοι ἔξελαννεται ἐν της
 χωρης. Καη τας λευκας περισερας, την ἀντην ἀστην ἐπιφεροντες.
 Siquis e civibus lepra aut vitilagine correptus, hic in ci-
 tatem non accedit, neque cum aliis Persis confovetudinem ha-
 bet. Dicunt enim hos morbos illi immisso, quod IN SO-
 LEM PECCARIT. Externum illis correptum ex regione
 sua multi exigunt, prout etiam albas columbas ob eandem
 causam. Solem vero Persæ, quem Mithram dixerunt,
 solum ferme, summum saltem Deorum, docti a Zoroastre,
 magicae sectæ instauratore, venerati sunt, in quo ad morem
 Hebræorum schechinam se deprehendisse vel ipse, vel as-
 feclæ existimaverunt. Obiter h. i. observandum leprosos
 Persis Pisagas dictos. CTESIAS in Persicis. πισαγας δι λε-
 γεται, πισα Περσους ὁ λεπεσ, και εἰς πισον ἀσθενος. Pisagas
 vero Persis leprosus vocatur, quem adire nemini licet. Quæ
 vox deducitur a ψε leprosus vel a ψε impurus vel a ψε
 prævaricatus & rebellis fuit. JOSEPHVS Contra Apionem L. I. Judæis objectum dicit a Manethone aliquique
 scriptoribus, solem ægre tulisse vitam Judæorum, quare
 contaminatos lepra mari mergendos. Quod in ipsorum
 capita verit Deus. O. M. Lepram inde proprio nomine
 Judæi appellant υἱον, ut sacræ litteræ LEVIV XIII, 2. 3. υἱον
 τοῦ imprecationisque apud eos formula est: Nega Te.
 BUXTORFF Synagoga Judaica C. XXIII. Eadem cala-
 mitatem Joabi posteris imprecatur Davides ob insidiosæ
 cædis perfidiæ scelus II. SAM. III, 29. Elisaque Gehafio,
 Naëman dolose emungenti. II. REG. V, 27. Forstitan &
 ipse Naëman de Deo O. M. cum reliquis popularibus per-
 versam imbiberat opinionem, Judæorum Deum monti-
 bus præesse, Rimmon vero suum a τον, τον θεον υψισον ar-
 bitratis

bitratis, SELDENVS de Diis Syris. I. REG. XIX. 23. 25. 28.
 Ideo afflatus a Deo, postea vero sanatus ejus beneficio ad
 meliorem redit frugem. II. REG. V. 8. 15. 17. Conveniunt
 exempla Mirjamæ Regisque Ufiæ, subito correptorum le-
 pra; quorum prior haud verita satis maiestatem Mosis,
 internuncii ad populum Dei O. M. cui datum, Christi felici-
 sissimi redemptoris sustinere similitudinem, posterior haud
 rite initiatus & profanus, sanctissima sacerdotum munia
 ad se rapere ausus est. NUM. XII. II. CHRON. XXVI.
 Ubi liquidis asseritur verbis, probe regem intellexisse, a
 Deo inustam hanc labem.

§. VI.

Sat gravis sane & perniciosa lues, præ omnibus desti-
 nata pœna scelerum extraordinariæ, imaginique internæ
 mentis corruptelæ. Perpendat L. B. Leprosos compara-
 tos mortuis, quorum cadavera profanare contaætu, docuit
 Judaica ceremonia. Unde signare symbolo quodam do-
 mos lugubres decuit sepulcretaque dealbare, ne impru-
 dentes, sacra forsan facturi incidenter in θλιψια, LIGHT-
 FOOT ad Matth. XXIII. 27. Et ad barbaros hæc consve-
 tudo transiit, domi funestæ eodem consilio apponere sve-
 tos vas aquæ lustralis, capillum mortui affigere foribus
 & ad januam erigere cupressum, vel piceam. FESTVS,
 Cupressus mortuorum domibus ponebatur ideo, quia hujus
 generis arbor excisa non renascitur; sicut ex mortuo jam
 nihil sperandum est, quam ob causam in tutela Ditis patris
 esse putatur. KIRCHMANN de Funer. Rom. L. I. c. 14.
 QUENSTEDT de Sep. Vet. C. V. JUL. POLLUK Onom.
 L.VIII.c.7. SVIDAS in V. ἀρδανιον. EURIPIDES in Alcestide.

Pœna Dei
 O. M. &
 quidem sit
 gravis.

Πυλων παροιθεν δ' χρ. ὁρῳ
 Πηγαιον, ὡς νομίζεται,
 Τε χρηματίζεται, οὐ πύλαις.
 Χαῖτα τ' εἵτις ἐστι προσφυρα τομαῖος,
 Α δη γέκισσω πενθετι πινει.

*Non video ante portam, ut lex est,
Fontana lavacra pro mortuis in porta.
Nulla coma est præcisa in vestibulo.
Qua accidentum in luctu mortuorum.*

Hinc Cùpressus atra, funebris, feralis dicitur.

VIRGIL. Æneid. L. III.

Stant manibus aræ

Caeruleis mœstæ vittis atraque cupresso.

Libr. V.

Cui frondibus atris

Intexunt latera & ferales ante cupressos.

LANGGUTH Antiquit. plantarum feralium apud Græcos
& Romanos. 3. p. 25.

De Mirjama insolentia impietatisque poenam luente, divinitus lepra contagione afficta ita loquitur Aaron, eandem sustinens culpam, sed ab sacerdotium liber (*) a lue profanatura: Ne mortuo similis sit fœtui, ex utero matris exeunti. Idem respondet rex Joram ad litteras Regis Syriae, quibus postulaverat, ut Naëmanum Lepra liberaret: Egone igitur Deus, qui morti destinare capita hominum, & ab inferis revocare mortuos valeam. GARMANN. de M. M. Diff. Pral. p. 9. Ea de re cautum lege divina inter Judæos, ne leprosus versaretur inter cives, ne contactu vel accessu pollueret. Extra igitur castra & oppida, quæ apud Judæos castrorum in locum successere, si sanctitatem spectes, LIGHTFOOT ad LUC. XVII, 12. ejecti, soli habitabant in leprosorio, leprotrophio, hierocomio, quia lepra & elephantiasis iepay vsco. MARTIN. Lex. NUM. XII, 14. 15. II. CHRON. XXVI, 21. Inde sodalitium quodam inter leprosus simili pressos miseria. LUC. XVII, 12. II. REG. VII, 3. Nec in congressum quidem cum im-

muni-

(*) Non prorsus liberi a lepra videntur sacerdotes, ex stirpe Aaronis oriundi, ex LEV. XXII, 4. Sed intagli in cognitione & iustinatione leprosi.

mundis ex alia caussa admissi, scissa incedebant veste, solutis futuris, ut in luctu solitum, nudo capite, opero labio superiori, ne halitu inficerent quempiam, operique faciendo impares, quod verbum עַרְבָּא (*) prosternere vires, cessare facere apud Arab. & Æthiop. CASTELLUS in Lex. Heptagl. indicare videtur, crepitaculo ligneo stipem petebant. Si proprius quis forte accederet, clamabant: IMMUNDVS SVM, IMMUNDVS SVM, TARGUMISTA: Ne contaminemini, ne contaminemini. LEV. XIII, 45. quo allusum forte THREN. IV, 15. Idem apud Persas obtinuisse supra §. 5, testimonii HERODOTI & CTESIAS demonstratum est. PAULUS EGINETTA, excellens Medicus, iwasit: Quoniam in contagiosis lepra est, non minus, quam pestis, habitandum leprosis quam longissime ab urbibus, in mediterraneis, frigidis & parum habitatibus locis; sic enim & ipsi meliori fruentur aere, & non aliis communicabunt malum.

§. VII.

Fuit autem lepra, (**) qua vox a λεπτε, squama deducta, Quod demonstratur
scabiei pertinacissima species, cutem afficiens & exasperans. ex ejus na-
GALENVS. Εἰς τὴν ἡ ψωρα τὴν ἡ λεπρα μελαγχολικα πάθη.
μορα τε λεπρατος. Sunt autem Psora & lepra passiones so-
lam afficientes cutem. (***) MANTVANVS:

Improbam mordaci serpens porragine lepra.

JVL. POLL. Onom. λεπρα, λευχης τε αχεις, πολλοι, ελ-
B 3 κω.

(*) ABEN ESRA רַע נִסְמָן, inventum rem malam. ROBERTSON L. H.
in V. עַרְבָּא

(**) MARTIN. in Lex. varias denominations lepræ & in linguis Europaeis af-
fert; in his leprosum Batavis dici, malæsch, Gallis miséau, quasi miseri-
mum, lepram Hungar. pocalvar a Bohemico poclo, tartarus, quasi porrigo
tartarea, ignis tartareus.

(***) Altius tamen penetrasse videtur, cum suppuratione quadam arrofisse car-
nem NVM. XII, 12 nec ab intestinis abstinuisse teste RAVIS. TEXT.
p. 478. qui corrupisse pulmones docet, ut affecti ravelcerent, ægre loque-
rentur & respirarent.

επέδαις, λεπιδώσαις, ὑποκυρροῖς, ἢ ὑπερυθροῖς, ἢ ὑπολευκοῖς, δυστατοῖς.
Φθεργτὶ διηγεῖ ταῦτα οὐχίδες. *Lepra*, *vertigines graves*, *multæ ulceroſæ*, *squamæ*, *subigneæ*, *subruberæ*, *subalbescentes*, *insanabiles*. *Corrumptunt vero etiam ungues*. Præterea S. L. docent, dejecisse capillorum partem, crines albos, capillos vel barbam subfuscâ fecisse, depresso cutem. LEV. XIII. Ab albedine Græcis etiam λευκὴ appellatnr, ex quo factum, ut albas columbas (*) insectarentur Persæ, teste HERODOTΟ §. 5. Hinc nivi comparatur ob albedinem NVM. XII, 10. (**) Quoniam vero multæ vitiliginis & scabiei species, constituendus nobis gradus lepræ. VOSSIVS de Orig. & Progress. Idololat. L. IV. in hunc ordinat modum sub genere suo species, a leviori ad graviorem ascendens λευχην, Φωρα, λεπρα, δλφος. *Imperigo*, *psora*, *lepra*, *elephas*. Omnimodum gravissimus morbus, elephas, elephantiasis, satyriasis, leontiasis; quorum una leonis feritatem adjectori, altera incredibili ad Venerem incitamento infamis, capro vel satyro similem fecit ægrotum, tertia elephanti quasi corio induxit, ut sensus expers ad tactum occallesceret & dolorem. MARTIN. Lex. subv. lepra. PLINIVS Hist. Nat. L. XVI, 1. CTES. III, 25. PEROTT. Corn. cop. GARMANN. de Miracul. M. l. c. p. 154. ÆMILIVS MACER.

Est lepre species, elephantiasisque vocatur,

Quæ cunctis morbis major sic esse videtur,

Vi major cunctis elephas animalibus exstat.

Inde & dictus morbus Herculeus. MARTIN. Lex. Ab omnibus tamen aliis speciebus differt lepra. V. gr. elephantiasis totum corpus occupat, illa si totum corpus occupat, puerus declaratur contaminatus a sacerdotibus, LEV. XIII, 13. 14. Por-

(*) Idem forsitan in albis columbis observavere, quod de albis gallinis assert FRANZIVS in Hist. Anim. Sacra P. I. C. XVI. Sæpius illas grandine scere, ut sues.

(**) Ex albedinis diversitate IV. gradus lepra Judæi constitutre, nempe nivis, lanx recens nati agni fideliz, ovi. BIERMANN. Mos. & Christ. 170.

Porro elephantiasis maculis albis nigrisque asperfit cautem, lepra subalbescentibus & subruberis. RAVIS. TEXT. l. c. Reliqua signa lepræ, quæ singula commemorare, nostrum non est, videat L. B. LEV. XIII. & apud LUND. *Antiq. Hebr.* C. LI. Deinde nulli, quantum nos meminerimus, lepra vestium, domorumque cognitafuit genti, ex quo aliisque argumentis colligunt multi, & lepram Judæorum ab reliquo- rum omnium gentium simili morbo diversam fuisse. Jam vero omnis, typo sublato, exspiravit morbi memoria, qua talis; quamvis in bellis sacris, a Syris contagio & ad Europæos serpserit, lepræ Judaicæ hanc ferme dissimilis. POOL *Synops. Crit. ad LEV. C. XIII.*

§. VIII.

Si primam lepræ originem spectes, reperta in Ægypto ^{Origine} ^{Ægyptiana,} incunabula declarabunt, jam olim fuisse scelerum pœnam extraordinariam. Plaga Ægypti expressis verbis omne genus vitiliginis & scabiei a S. Cod. dicitur. DEVTERON. XXVIII, 27. EXOD. XV, 26. DEVTERON. VII, 15. Conveniunt Historici veteres, quamvis ex commemoratione Ægyptiorum culpam in Judæos transferant. Audiamus TACITUM Hift. L. V. C. III. Plurimi autores consentiunt, orta per Ægyptum rabe, que corpora fedaret, regem Bochorim, adito Hammonis oraculo, remedium petentem, purgare regnum, & id genus (Judeos) hominum, ut invisum Diis, alias in terras evehere jussum. Clarius JUSTINUS L. XXXVI. C. II. Filiu (ut putat) Josephi Moses fuit, quem præter paternæ scientie hereditatem, etiam forme pulcritudo commendabat. Sed Ægypti, quum scabiem & vitiligenem paterentur, responsò moniti, eum cum agris, ne pestis ad plures serperet, terminis Ægypti pellunt. Moses igitur ab ἀλφας, elephantiasis barbaris per opprobrium ἀλφα dictus. Vid. plur. Doctissimi & Clariss. CASSELII, Amici mei Æstumatissimi Diff. de Judæorum odio & abstinentia a suilla. NICO-

NICOLAI tr. de Moſe Αλφα diſcio. **BERGER Diff. de Pompejo Hierosolymitario.** Relinquimus Ἀgyptiis ipſorum additamenta, quibus ſuę ipſorum turpitudini fucura inducunt. Satis luculenter ex hoc appetet, omne genus ſcabiei & vitiliginis tum conſecifile gentem, cum migrarent Judæi, ipſi nullo laborantes morbo. PSALM. CV, 37. **PETER ALLIX de Ver. Rel. Chriſt. P. I. p. 218.** **NICOLAVS de M. Αλφα diſcio.** In quo probe obſervandum, quod adjungit DIODORVS SICVLVS: *In Ἀgypto luc quondam pſifera exorta, plerique mali cauſam ad offenſam numinis reſervebant, quod aviti Deorum honores apud eos exoleſcerent, Quænam illa Deorum offenſio? Quæira? Evidem mihi perivadeo, poenam eſſe Dei optimi maximi in ſuperſtitiorum architectos. Inter omnes enim conſtat, præcipuos idololatriæ inventores eſſe Ἀgyptios, unde manum latius per Græciām totamque manavit Europam.* **LVCIANVS de Dea Syria ab init.** Πρωτοι μεν ὡν ὀὐθεοτον, των ἡμεis ἕδην, Αιγυπτιοι Θεων τε ἐνοισιν λαβειν και iερα ἐπαρει, και τεμενεα και παντηρια αποδειχου, πρωτοι δε και σοματα iερα εγνωσαν, και λογος iερες ἔλεξαν, μετα δε, ε πολλοσι χρονι, παιδει Αιγυπτιων λογον Λασσουσι ἐσ θεος πνευμα, και iερα και νησι τηρεσαν, εν τοις και αγαλματα θεντο και ξυσα εἰσποντο. Primi hominum, quos ſcimus, Ἀgyptii dicuntur & Deorum notitiam accepiffe & templa & lucos & celebrites edidisse. Primi autem & nomina ſacra intellexerunt & sermones ſacros docuerunt, deinde non multo tempore post Affyrii ab Ἀgyptiis doctrinam de Diis acceperunt ſacra & templa erexerunt, in quibus ſimulacula poſuerunt & ſtatua dedicarunt. Tempore Abrahami vera religioni addicti fuiffe videntur Ἀgyptii, quod ex GENES. XII, 17. 18. & PLVTARCHO de Iſide & Oſiride concludit SCHUCKFORD Harm. Vol. I. L. V. p. 210. Idem ex fragmento NIC. DAMASCENI apud EVSEBIVM de Præparat. Evangel. docet, cum doctiffimis Ἀgyptiorum ſacerdotibus Abrahamum fre-

frequentes habuisse sermones de religione, erroreque irritatis in viam reductis, magna inter Aegyptios floruisse doctrinæ & pietatis laude. (*) Lapsos in pejora, quod ex GENES. XLIII, 32. appareret, in viam revocavit Josephus, de quo SYNCCELLVS. Περὶ οἰκουμένης ἡγεμονίας τῶν θεῶν συνετελεῖ β.βλ. Demonstravit enim mira solertia KOCH in Pharo Hist. Antiquiss. Aegypt. Syphim & Sar Saophim eundem esse Josephum, cuius de sacris ceremoniis & religione præceptis morem gesserint Aegyptii. Ex quo facilis intellectu est, qua excusatione in matrimonium duxerit filiam pontificis Heliopolitani, sacerdotumque agros immunitate donaverit. GEN. XLVII, 22. Idem Josephus latitare videtur sub nomine Thot, Hermetis vel Mercurii Trismegisti, qui a consiliis Serapidis, qui & Apis & Salatis, & Osiris, quos populi conservatores, nutritores superstitionis consecravit posteritas, quorum posterior teste Manethone, templum lucosque exscidit, Telchinesque veneficos & præstigiatores, Typhonis præsidio freros, patria pepulit. (**) Post Salatim & Josephum, reversis Telchinibus, annis CCL. sensim in pejus mutata vera religio, quod ex EXOD. VIII, 26, nec non ex veneficorum Jannis Jambrisque apud regem autoritate colligendum. Hinc ob contemptum Dei O. M. inficta divinitus peculiaris lues, non solum plebi sed & Janni Jambrique ex familia Telchinum, PETER ALLIX I. c. DEUT. XXVIII, 27.

C

C. VII,

(*) De singulari Mosis astrorum, arithmeticæ peritia, divinandique facultate, e-
jusque inter gentes fama, testimonia ex BEROSO, EUSEBIO, JOSEPHO
affert. VOSSIUS de Sectis. Philol. Cap. I. §. 7.

(**) Hinc nonnulli Syphim vel Soaphim, quem inter reges Aegypt. referunt au-
tores, autorem superstitionis & idolatriæ ducunt. In quo & ipse Doctiss.
SCHUFORD in Harmonia Vol. I. C. 5. ut Celeberrimus ROLLINUS qui
ornatissime Hist. Vet. descriptif, in Vita Cheopis & Chephrenis, quos de-
ceptus testimonii Herodoti & Diodori Siculi, contemporaneos Divum, religio-
num eversores appellat, cum Dei immortalis, O. M. ducibus Davide & Sa-
lomone, cultui se addixerint. Quo factum, ut sacrificia tollerent, clausisque
tempis, omnem superstitionis religionem sustulisse viderentur.

C. VII. 15. EXODI XI. 9. adeo propria huic genti, superstitionis parenti, ut vere LUCRETIUS L. VI.

Est Elephas morbus, qui propter flumina Nili,

Gignitur Ægypto in media, nec praeterea unquam. ()*

Imprimis hac labie contaminati videntur Iudei a Deo deficientes, cum Ægyptiis matrimonio conjuncti & ex eiusmodi connubio nati EXOD. XII. 38. quorum pars sequuta divinum ducem, Mosem brevi post in Ægyptum rediens, pars auspice Nicotri Iudæa regnum Ægypti occupavit, quod leprosorum apud Autores imperium audit. KOCH Pbar. H. A. Æg. Magnum enim jam olim scelus, jus connubii cum impiis communicare GEN. VI. 2. gravissimoque dignum supplicio. Incognita sane tempestate nostra, apud pterosque, qui pietatis se colorant laude, aurivorus, Chrysoftomos, veritas. Huic consentaneum, quod nonnulli medicorum demonstravere, Ægyptum & Pestilentia solam parentem, LVCRET. L. VI.

Hec ratio quondam morborum, & pestifer astus

Finibus Cecropiis funestos reddidit agros

Vastavitque vias, exhaustis civibus urbem.

Nam penitus veniens Ægypti ex finibus ortus

Aëra permensus multum, camposque natantes

Incubuit tandem populo Pandionis, omnes

Inde catervatim morbo mortisque dabantur.

ATHANASI KIRCHERI Scrutinium Physico medicum contagiose luis: *Testis est Ægyptus, in qua Nilo exundante*

dun

(*) Solemne barbaris, in Dei O. M. cultores a superstitione omni abhorrentes, varii calumniis graffari. TACITUS Ann. L. XV. c. 44. „Sed non aope humana, non largitionibus principis, aut Deum placamentiis decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos & quaestitum præmis affectit, quos per dagitis invises, vulgus Christianos appellabat. Objœcta Christianis probra vid. plur. ZIMMERMANN. Diff. de dicto Tertull. Christiani fiunt, non nascentur. Ubi in aliis Secl. II. p. 79. affert, objectum Christianis omnium illos publicarum calamitatum caufam esse, divinarumque penarum. Confer. JOH. XI. 48. MATTH. XXVI. 25. CAVE caſtes Christum p. 72.

dum is piscium, crocodilorum, ceterorumque monstorum, multitudo in secum in campos limosos dederit. Hec enim deficiente exundatione putrefacta, eam regioni pestis frequentiam conciliant. L. I. C. III. §. 3. & Cap. XI. §. 6. Incipit ut plurimum pestis in Aegypto sub principio Septembri, Nilo jam intra alveum condito, & durat usque ad Junium, sole cancrum subcuntem. Sic varia contagionum genera & imprimis lepra impetratis illustre monumentum, Idem minatur Judaeis sanctissimas olim leges violaturis Deus O. M. DEUT. XXVIII, 59. 60. 61.

§. IX.

Judaei lepram vel hereditario malo vel contagione, vel singulari quodam supplicio Dei adhaerere contaminatis arbitrati sunt, imprimis vero conceptis a menstruosa, ut trieste esset monumentum invalidae impotentisque libidinis, ad quam projectissima, teste TACITO Hist. L. V. s. gens Judaea. Adeo, ut brevijante mortem Christi pœnam adulterii tollerent ob vulgatam nimis hanc pravitatem, LIGHTFOOT H. H. & T. ad JOH. XVIII, 31. & C. VIII, 6. V. de conceptis a menstruosa PETER ALLIX loc. cit. P. I. p. 345. Ideoque Davides pudore suffusus, attritus, pœnitentia hysopo se lustrari cupit, purgarique libidinis scelere, qui ritus in leprosorum lustrationibus obtinuit, PSALM LI, 9. Coll. cum LEV. XIV, 5. 8. Sunt & nonnulli, qui in expiatione leprosi duos passeres (*) oblatos arbitrentur, ut nota hujus avis salacitas similem turpitudinem lustrandis in memoriam revocaret, quod, ut arbitror, merito refutat VOSS. de Orig. & Progr. Idololatr. De pœna extraordinaria, jam supra notavimus exempla Mirjamæ, Uſiæ, Gehasique, ob

Cassis a-
pud Ju-
dæos.

C 2

cri-

(*) Alii ob sacrificium lustrale, passeribus factum, respiciunt ad garrulitatis & calumniae vitium. Sed cum incertum sit de passeribus, non inhærebitus huic similitudini, satis procul dubio fuit, aves mastari per legem ceremoniali puras MAIMONIDES. HUGO GROTIUS pœnam superbia dicit. BIERMANN Moses & Christus,

crimen arrogantiae, ut cum Theologis loquar spiritualis,
 ἀρρενοθρησκειας & Simoniae afflictorum. Addit THEODORETUS lepram peculiari Dei providentia Judaeis immisquam. POOL. *Synops. Crit.* ad LEV. XIII. MAIMONIDES de lepra C. 9. §. 1. Gravioremque leviorumque fuisse pro pravitatis diversitate, LUNDIVS Cap. LI. Ciborum hoc loco rationem habere vix possum, consentientibus Viris Doctissimis, suillam aliaque, quæ generare possent ejusmodi morbos vitiliginosos, cautione divina prohibita. V. CASSELII *Diss. de Judeorum abst. a Suilla.*

§. X.

Lepram
 fuisse mor-
 bum Sym-
 bolicum,
Causa I.
Ex typ. fig-
nis, totius
legi Cere-
mon.

Considerandum vero nobis majori cum cura, quibus inducti rationibus, lepram vocare morbum Symbolicum sustineamus. Prima ex principio quadam theologicō vel loco communī petita. Universa lex ceremonialis similitudinem quandam retulit ad tempora futura, corpus quasi deumbrans. Ideo sanctuarium Dei O. M. quod vulgo tabernaculum dicitur, constitutum opera Bezaleel, cuius nomen ex lingua Hebr. sic interpretatur PHIL. *Leg. Alleg. L. II. Ερμηνευται δι Βεζαλεηλ, δ Θεος εν σκιᾳ.* COL. II, 17. Nec sine certa ratione nomen ministro ejus inditum, Ahaliah, quasi, tentorium patris. Jam vero leges, lepram spectantes, magnam constituant partem ceremonialium Judaicarum. Dividi vero possunt in classes quasdam:

I. De Cognitione.

1. Cognitor, Pontifex, Sacerdos. Nemo præterea ali-
 us, ne doctissimus quidem Nomodidaſcalus.

2. Objectum cognitionis.

a) Hominis.

Cutis.

Caput capillatum.

Barba.

b) Vestitum. Solis Judaeis vel propria vel nota.

z Do.

- 2) Domus. Solis Judæis vel propria vel nota.
- 3. Notæ varii generis. §. 7. LEV. 13. LVND. C. 51.

 - α . In Homine.
 - β . Veste.
 - γ . Pariete.

- II. Tractatio.
- 1. Dubiæ in

 - a) homine. Inclusio & separatio per unum alterumque septiduum ad ulteriore cognitionem. (*)
 - b) Vestis α) inclusio per septiduum

 - β) Lotio & ulterior inclusio.

 - c) Domus.

 - α) Evacuatio.
 - β) Occlusio.
 - γ) Ejectio lapidum.

 - III. Lustratio

 - a) Hominis ob tumorem de lepra suspecti, lotio.
 - b) Leprosi sanati.

 - α) Lustralia.

 - 1) Duæ aves puræ.
 - 2) Hyssopi tres caules palmi minoris longitudine.
 - 3) Lignum cedrinum cubiti longitudine.
 - 4) Fascia coccinea semiunciali pondere.
 - 5) Aqua viva in amphora fictili nova.

 - β) Ritus Lustrationis.

 - 1) Ma&tatio alterius avium, cuius sangvis aquæ mixtus, cadaver terra sepultum.
 - 2) Aspergilo aquæ cum sangvine aspergillo, nempe ligno cedrino, cui copula illa coccinea alligata hyssopus, alæ caudaque vivæ avis, in palmam septies repetita.
 - 3) Dimissio vivæ avis in regionem versus desertum.

C 3

4) Ra-

(*) Hinc נגין Targumistæ leprosus a נגין clausit.

-
- 4) Rasio omnium per totum corpus crinium.
 5) Dissectio & sepultura unguium.
 6) Lotio.
 7) Rasio secunda post sepiduum.
 8) Lotione secunda absolvitur Lustratio.
 c) Vestis lotio.
 d) Domus, eadem ferme quæ hominis.
IV. Expiatio.
 a) Expiatoria,
 1) Duo agni, alter pro culpa, alter ad holocaustum,
 vel-Columbae vel Turtures.
 2) Ovis annicula ad sacrificium expiatorium.
 3) Festum olei similæ mixti.
 4) Log olei ad unctionem.
 b) Ritus expiationis præter immolationem. Leprosus.
 1) Adducitur ad aulam leprosorum.
 2) Lavatur.
 3) A præfecto templi adducitur ad portam Nicanoris.
 4) Sangvis expiatorius immittitur stillatim.
 a) Auriculæ.
 b) Pollici dextræ manus.
 c) Pollici dextri pedis aulæ interiori insertis.
 5) Oleum lustrale immittitur iisdem membris &
 capiti.
 c) Absolutio.
 d) Sacrificium Eucharisticum cum Convivio.

Ex quo merito colligendum consideranti multitudinem legum rituumque de lepra constitutorum LEV. XIII. & XIV.
 & quæ ex MOSE MAIMONIDE de lepra & TALMUDÆ attulit LVNDIVS C. LI. Magnam fane & arduam fuisse partem disciplinæ & doctrinæ sacerdotalis, non sine certo quodam consilio a Deo O. M. traditæ, sed potius ut cum reli-

reliquis hujus gentis ceremoniis symbola essent rerum aliorum indaginis. Fuit autem adeo subtilis scientia cognitionis lepra, ut ne doctissimi quidem legisperiti ausi sint unquam, de ea judicium ferre. HOTTINGER *de jure Hebreorum n. 169. 172. 177.*

§. XI.

Secundum argumentum, quo demonstratur Lepram esse morbum, symbolicum ex eo deduci potest, quod per §. 10, Deus O. M. lepræ cognitionem solis subjecit fæciliotibus. Morbus ipse *Ιδουμαῖος*, ex mente Judæorum insanabilis, nunquam nisi Dei O. M. beneficio curatus LANGÆ *Myst. Christ. & Christianismi*, p. 456. II. REG. V, 7. Multa quidem lepræ afferunt remedia PLINIVS in *Hist. Natur.* diversis locis, aliquae veterum, CTESIAS in *Perfisis* mentionem facit fontis apud Indos vitilagini medentis: Reges Ægyptii elephantasi laborantes eo desperationis processere, ut humano sanguine balneis uterentur. BEVEROVICVS in *Hist. Medicinae*. Sed plerique in eo contentiunt, adeo gravem fuisse luem, cui nulla afferri medicina potuerit. THYSIVS apud SPENCERVM *de Leg. Hebr. Rit. L. I. C. 7.* Nullus æque morbus Orientem fatigat, quam lepra & insanabilis contagio. Quod saltē de lepra Judæorum, quæ ab omni alio aliarum gentium simili morbo diversa, lubens concedo. (*) Non vero fæciliotibus tradita ut morbus, cui medicinam afferrent, sed ut turpitudo, & fœditas ex lege ceremoniali profanans, & ab societate religiosorum arcens contaminatum. Qua de re nec pestis, nec morbus comitalis, nec ulla alia lues, ad fæciliotis cognitionem pertinuere, sed ea tantum mala, quæ præter incommodum fœditatem quandam præ se ferebant. Non

Causa, 2.
Lepra soli
Sacerdot.
Judicio
Subiecta.

(*) Inde Judæos proprio nomine Leprosos appellatos reperio. CRANTZIVS in Vandal. L. VIII. Quo etiam tempore Philippus, Rex Franciæ cum compertum haberet, leprosos inficiendis per provinciam fontibus operam impendiſſe per omne regnum, jussit omnes capi, ac flammis ultricibus consumiri.

igitur in eo spectandum naturale quid, sed causæ gravioris momenti abstrusa & absconditæ.

§. XII.

Causa. 3. Tertio loco considerandum, leprorum non solum ab societate hominum ob impuritatem exclusum, sed & sacris Sacris omnibus, sacrificiis & diebus festis prohibitum, cui ne fas clausus.

6. & 10. Ad synagogam accessus quidem patuit, quæ non divinæ institutionis; ita tamen, ut intra cancellos cohiberetur, primus intraret, postremus exiret. *LIGHTFOOT Horæ Hebr. & Talm. ad LVC. XVII;* Sed non in urbes oppida que muris clausa, quæ sanctitatem castrorum Israelitæ retuleræ, multominus Hierosolyma sanctuariumque Dei. Si igitur Christo decem occurrunt leprosi in vico, locus fuit ejusmodi, cui non esset sanctitas castrorum Israelitæ. *LIGTF. l. c.* In quo mirabile mihi visum, adeo sibi quasi vindicasse Judæos lepræ calamitatem, ut exterios vel proselytos domicilii vel portæ ad VII. præcepta Noachi adstricatos, lepræ aspersos maculis, non immundos judicaverint, satis clare & luculentè declarantes, naturæ lepræ nihil inesse vel gravius vel periculosius, vel foedius, quam reliquis morbis ejusdem generis contagiosis, sed morbum hunc omnem ad religionem spectare. *SELDENVS de synedriis Libr. II. c. 14.*

§. XIII.

Causa. 4. Quarta ratio maiorem rei affundet lucem. per §. enim 10. patet leprorum non solum lustrationis, ut rediret in societatem & consortium Judæorum, & expiationis indigentem fuisse. Offerebat enim non solum sacrificia lustralia,

sed & placatoria pro culpa, expiatoria pro peccato, quod non ea mente factum, ut naturalis tantum turpitudinis, sed quam maxime animi corruptelæ pravitatisque commoneretur pollutus, quænam enim expiatio, ubi nullum piaculum? Ominino plura erant immunditiæ ceremonialis genera, quæ in

in majora & minora disperiuntur Judæi; sed omnium lepra gravissima, ^(C) cuius non solum lustratio sed & expiatio omnium reliquarum operosior. Conferatur lustratio puerperii, gonorrhœæ malignæ, hæmorrhœæ diuturnæ, LEV. XII. & XV. cum leprosi expiatione, XIV. ubi facile perspectu, quam abominabilis fuerit lues, non per se quidem, sed ratione objecti typici, adeo, ut ne certa quidem & manifesta scelera, pari ceremonia & accusatione expienda fusse videantur. LEV. IV. & V. Coll. cum XIV. Huc etiam pertinet gravis admonitio Dei O. M. ut Judæi diligentius sibi caverent a lepræ plaga, DEVT. XXIV, 8.

§. XIV.

In S. Litteris Vet. Test. haud obscura quibusdam locis inferrur comparatio lepræ cum peccato, cuius illa est figura & adumbratio. Inquinati per §. 5. clamabant; Immundus sum, immundus sum, נָמֵד, נָמֵד, quæ vox saepius loquitur. Causa 5. S. S. peccatorem comparat leprosum. GENES. XXXIV, 13. LEVIT. XVIII, 27. II. CHRON. XXIII, 29. LEIGH. Crit. Sacr. in V. נָמֵד. Ideo JESAIAS LXIV, 6. Nos omnes comparati sumus immundis & omnis nostra justitia vesti impuræ JESAIAS I, 4. 5. 6. Væ populo peccatori totum caput in morbum abiit, & totum cor est langvidum, a vola pedis usque ad caput non est in eo integritas, sed vulnus, cicatrix & plaga recens &c. JES. V, 7. Expectat judicium & ecce scabies. CAMPEJ. VITR. ad h. l. Davides PSALM. XXXVIII. peccata sua comparat morbo v. 6. Computruerunt, contabuerunt vulnera mea & v. 12. Amici & proximi mei recedunt, abhorrentes a plaga mea, ut a leproso, ne contaminarentur, recessere Judæi. Davides igitur adulterii reus lustrari se cu-

D

pit

(C) Hinc ex commento Egyptiorum Persarumq[ue] leprosi tanquam totam patriam religionem quadam obligantes, pellendi, exagitandi, mergendi. p. §. 5. Judæi referunt, vaticinia & spiritum prophetie filiaffe, dum leprosus Rex Ursia in vivis fuerit. CORNEL. a LAPIDE, ad JES. VI.

pit aqua, PSALM LI, 3, & hyssopo v. 5. quæ solemnis illa lustratio in leprosis. Quamvis enim & de aliis caussis immundi hyssopo lustrarentur, quod commune aspergillum EXODI XII, 22. XXIV, 8. NVM. XIX, 6. HEBR. IX, 19. tamen vero similius, Davidem adulterii crimine pollutum, non leviora, sed graviora immunditiae genera ob oculos sibi posuisse, quarum lepra gravissima, in cuius lustratione aspergillum ex hyssopo factum. Contaminacionem illam per scelerata spectat felicissimus Redemptor, Jesus Christus, MARCI VII, 21. Adulteria, scoriations, homicidia polluant & profanant hominem. CRAVSERI *Phosph.*
Grac. Voc. N. Z. in V. nov. ca. HESYCHIVS: *κονι. βδηλυντος*
εναπαρτος. Sic omne genus morborum, peccatorum ut pena, sic imago est, tanquam animi labis. CRAVSERVS in V. *καρυεν* STOCK in V. *καρεν*. MATTH. VIII. v. 17. Coll. JES. LIII, 4. 5. Ubi alluditur ad similitudinem, morbos quæ inter & peccata intercedit. Pari modo omnes veterum Philosophi communis nomine animorum perturbationes, pravas cupiditates, scelerata, morbos appellavere. CICERO in *Tuscul. Quest.* Morbis corporis comparatur morborum animi similitudo. Pravarum opinionum conturbatio & ipsarum inter se repugnantia sanitatem animum spoliat, morbisque perturbat HORATIVS II. Sat. III. 121. De Avaritia:

Maxima pars hominum morbo jačamur eodem.
 v. 79. *Quisquis Luxuria tristive superstitione,*
Aut alio mentis morbo calet.

Ideo Christus, qui in se transtulit scelerum culpam ab universo mortalium genere iisperpetratorum, felicissimus Redemptor, in se recepit dolores, morbos, plagas JES. LIII, 4. Quæ verba *Vulgata Versio* sic interpretata est: Nos vero eum putavimus quasi leporum. CORNEL. a LAP. adh. I. MARTIN. de ROA *Singul. L. I. C. XI.* Verbum *υπερ* de re-
 ge

ge Usia similiter V. II. REG. XV, 5. LAMPE *fædus Gratiae Part. III. C. 16. p. 714. 715.*

§. XV.

Præter viros doctissimos, qui ex proposito de typis scripsere, inter omnes divinioribus litteris imbutos constat, lepram esse peccatorum symbolum. *PRUDENTIVS de Coronis, in Martyrio S. Laurentii p. 285.*

Peccante nil est tetrius,

Nil tam leprosum aut putidum.

Cruda est cicatrix criminum,

Oletque ut antrum Tartari.

Eruditio-
rum Judi-
cia de com-
paratione
peccat, cum
leproso.

S. BERNARDVS apud LOPEZ in Epit. Sanct. Patr. L. III. c. 8. *Purgamur a Lepra, qua divites esse volumus in hoc seculo. Porro in lepra alia intellige omnem seculi hujus pomposam vanitatem. A lepra corporis mundamur in ipso Jordane, si bene cogitantes dominicam passionem, erubescimus sequi voluptatem corporis. Alia lepra est oris, si murmuramus, & verbum impatiens, velut lepre sanies effluit, vel in prosperis, verbum japhantie. In corde duplex est lepra, nempe propria voluntas & proprium consilium, eo perniciosor, quo magis interior. TERTVLL. advo. Martionem L. IV. Figurata vis legis est, qua in exemplo leprosi non contingendi, immo ab omni commercio submovendi, communicationem prohibet homini, delictis commaculati. Juðæorum Doctores: Nemo intelligit vim legis de lepra nisi qui cognoscit vim impunitatis, qua serpens ille nos conspurcavit. LAMP. Gnadenbund. P. III. c. 25.*

§. XVI.

Mira autem quædam convenientia intercedit inter peccatum & lepram, quam ulterius jam declarabimus. Primo loco quam significantissimum lepra symbolum initia animo & innatae pravitatis, quam Theologi peccatum originale dicunt. Recordetur B. L. quæ de leprosis a men-

Conveni-
entia lepro-
si cum pec-
catore.
I. rat. pec-
cat, orig.

D 2

struosa

struosa conceptis, & de nefanda connubiorum communica-
tione adduximus §. 9. & 8. Ex quibus apparet, Judæis
lepram malum hereditarium visum, ut a parentibus in li-
beros & nepotes transmissa mali labes. Respicit hanc ra-
tionem Davides PSALM. LI. se convictum adulterii le-
proso comparans per §. 14. addito v. 7. Evidem in vitio
genitus sum, & in peccato me concepit mea mater. Sic
Ægyptiis idololatriæ autoribus adhæsit hereditaria labes,
& inde Judæis, eorum corruptis pravitate. Malum illud
hereditate acceptum magis excitatur, & ut formes sub cine-
ribus absconditus inflammatur pessimorum exemplorum,
scelerumque contagione, & corruptorum persvasione &
irritamentis. Ideo consuetudo cum leproso, periculosa.
I. COR. XV, 33. Φθερων δηλού χρηστούς ἐμπλακει ταυτα. II. TIM.
II, 17. Profanas verborum futilitates virato, nam ad mul-
tam serpent impietatem eorumque sermo gangræna ritu
corrodet. I. COR. V, 6. Exclusi igitur ex hominum so-
ciate leprosi labiis incedebant velatis. Magna sane vis
in peccandi consuetudine. Labes enim malumque serpit &
inveterascit. Quod indicatur similitudine quadam per ve-
tustatem lepræ. LEV. XIII, 11. Interdum labes illa a Deo
O. M. immissa ob nefanda scelera, quæ adumbravit grave
illud obdurationis supplicium & vix exiguum spem salutis
perditio homini & desperato reliquit. ROM. I, 24. S. HIE-
RONYMVS. Peccata insanabilia Deo judici relinquuntur.
Lepra est insanabilis, contaminatusque castris ejiciendus, &
hoc est peccatum in spiritum sanandum. MATTH. XII, 31.
BIERMANN Mof, & Christus p. 173.

§. XVII.

Peccatum altas agit radices, Lepra non, ut reliqua scabiei genera, cutem exasperat
squamulis, sed altius penetrat, imo ipsa afficit viscera per §.
7. sic mali labes non in externis quibusdam motibus &
actionibus sedem suam habet, sed ad intimos animi recef-
sus

sus & latebras se insinuat altasque omnino radices agit, adeo,
 ut non temere eveli atque erui queat. IES. I, 4. 5. Impri-
 mis perpendendum nobis, leprosum mortuo comparari peccator
 per §. 6. partemque carnis, ista labe affectam cadaveribus ^{mortuis.}
 putrefactis haud absimilem fuisse NUM. XII, 12. Sic pec-
 catum non morbus solum gravissimus, sed mors quasi ani-
 mi immortalis LUC. XV, 24. EPH. II, 1. COL. II, 13. Et
 cum spiritualis vita, ut vocatur a Theologis, sit perpetua
 successio cogitationum a Sp. S. menti impressarum, af-
 fectionumque & actionum ex iis sponte fluentium: Sic
 mors animi est perpetua privatio sanctorum cogitatio-
 num a Deo O. M. per Sp. S. effectuarum. His sublati nec
 fieri potest, ut affectiones actionesque sanctae Deoque pro-
 batæ emergant in æterno isto veterno. Deficiunt igitur
 omnes ad pietatem sanctitatemp vires, quod vi vocis γνῶντες
 per §. 6. indicatur. Detestabilis leprosus omni Judæo tanquam
 cadaver vivum, urbe, oppido, imprimis Hierapoli tem-
 ploque exturbanus, ab omni hominum consortio arcen-
 dus, profanus, sacris & ceremoniis omnibus prohibitus. Sic
 peccator ex piorum æctiori consortio excludendus I. COR.
 V, 13. 2. COR. VI, 14-18. VII. 1. Indignus sacris regni Dei
 O. M. mysteriis MATTH. VII, 6. Ne objicite sui mar-
 garitas. Sus enim symbolum quavis labe contaminati,
 lutulenti hominis BIERMANN M. & Chr. p. 587. ACT.
 XIII, 46. Haud capax communionis cum Deo JES.
 LIX. 2. Deo, angelis, felicissimis piorum manibus abo-
 minabilis, detestandus, æterno felicium arcendus domi-
 cilio APOC. XXI, 8. 27. Luc. XVI, 15. TIT. I, 10. PSALM
 V, 7. CRAVSERI *Phosph. in v. βθηλυγμα.* Incedebat
 leprosus scissa ueste, aperto capite, velatis labiis. Primum lugens.
 edicit luctum perpetuum peccatori, tanquam mortuo.
 Usu enim receptum apud Judæos, in luctu scindere ve-
 stes, item audit blasphemia. *CHOCKIER DE SVRLET'*

Fax Hist. p. 237. Et ad barbaros transiit hæc consuetudo.
VIRGIL. *Aen. L. XII. 609.* *luna omnis illevo*

It scissa veste Latinus,

Conjugis attonitus fatis, urbisque ruina.

Plura de hoc argumento, cui longius inhærere, nostrum non
 est, afferat **KIRCHMANN** *de funeribus R. L. II. c. 17. p. 157.* In-
 tegumentum capitis & pileus symbolum libertatis. Inde ad
 pileum vocare, vindicare in libertatem. **PERSIUS** satyr. V.

Hec mera libertas, hoc nobis pilea donant,
 Servorum igitur manumissorum raso capiti pileus imposi-
 tus, **ZAVBMANN** *ad Plaut. Amphitr. I. i. p. 43.* **GVTHER**, de
Jur. Man. p. 159. Significatum igitur hac lege, peccatori dem-
 tam dominii gloriam, servum esse libidinum, scelerum man-
 cipium *Joh. VIII. 32.-36.* Capita velare ritus orantium
 apud Judæos, quasi coram Deo pudefactorum. **LIGHZ-**
FOOT *ad 1. Cor. XI. 4.* Leproso caput revelatur, non, ut si-
 gnatum esset lætitiae & fiduciæ, sed, ut magis appareret tur-
 pitudo & fœditas, quæ sèpius ipsum polluebat caput. Sic

nudus. peccator nudus & revelatus exponitur Deo. **APOCAL.**

III. 17.18. Labia velata peccatori, ne inficiat pestilenti odore,
precibus sermonibus spurcissimis alios p. §. 15. Cujus preces fe-
peccat: non datur locus, tor Deo O. M. **PROV.** XV. 8. **JOH. IX. 31.** **JES. LXVI. 3.**

ipse indignus præconio laudis Dei O. M. **JES. XXIX. 13. 14.**

Simul ut ineptæ garrulitatis admoneretur. **QVINTILIA-**

NVS Declam. XIX. Nullam difficultorem, quam silentii
nugator. credo virtutem. Adeo promptissimo sermone facile

delinquimus. **JAC. III. 1 - 10.** Imprimis vero sigillum
indignus quasi imponitur peccatoris ori, ne suscipiat, alios, ipse per-
S. munere. ditus & desperatus & profligatus, docere. **PSALM. L.**

16. 17. Conveniunt exempla Mirjamæ, vindicantis fibi jus
peccato- prophetiæ, & Uſiæ regis, suffitum offerentis. Nemo igitur
rum foda- loquatur, nisi vocatus & sanctificatus. **JESAIA VI. 5. 6. 7.**

lithium. Leprosorum vero inauspicatum sodalitium misera est ima-

go amicitiae, qua impii inter se copulantur, a sanctissimi & immortalis Dei conspectu remoti JACOB. IV, 4. coll.
ROM. VIII, 6. 7.

§. XVIII.

Gravis illa & detestabilis labes, tanta hominem fœditate polluens, ut a sacris & confortio hominum removendum fuerit, interdum vel unica definiebatur papula lentis magnitudine. Difficile homini, vel unicum scelus adeo atrox & tetur, ut a beatissimi & immortalis Dei conspectu & a societate manium felicissimorum æternum relegandus videatur, sibi persuadere satis. Quod tamen luculenter patet ex JACOBI II, 10. Ne minimum quidem peccatum parvi faciendum. Majoris enim corruptelæ somitem alit. Idem in scabiosa illa scabritie notatur, quæ magis in dies magisque se diffundit exiguumque illam tollit spem recuperandæ sanitatis. LEVIT. XIII, 8. 22. JAC. I, 15. Singulare quoddam genus lepra est ex ambustionis vestigiis LEV. XIII, 24. comparandum scelerum conscientiæ, cui cauterio nota infamia inusta. 1. TIM. IV, 2. Morbus insanabilis, cui nemo, nisi Deus O. M. medicinam afferre potest, optime adumbrat peccati naturam & indolem, cuius remedia a solo expectanda Deo. JEREM. XXX, 13. SAP. XVI, 12. Adeo fœdus, adeo pollutus, adeo contaminatus peccator, ut nonsolum operosioris lustrationis, sed ante omnia expiationis indigus sit, aspergendus sanguine lustrali & expiatorio felicissimi Redemptoris IESU Christi HEBR. IX, 14. 1. JOH. I, 7. Imprimis multæ illæ ceremoniæ lustrationis & expiationis indicare videntur conversionis & sanctificationis ambitum.

§. XIX.

Lepra vestium, miraculi quid habuit teste ABARBANEL apud BIERMANN I. c. ad LEVIT. XIV, 47. Vester monumentum corruptelæ, signum pravitatis nostræ. Voces

ces hebræx כָּנָר בֶּן מַלְעֵל, prævaricatus est, rebellis fuit, LEIGH *Crit. Sacr.* umbram quandam conservare videntur pri-
mæ illius rebellionis & seditionis contra Deum O. M. Vismum igitur
Deo, & vestibus, tanquam nostræ infamiz symbolis, addere
extraordinariam quandam feditatis & turpitudinis notam, ut magis
elucesceret, quam foeda & abominabilis sit nostra justitia JES.
LXIV, 6. Vester enim symbolum justitiae JES. LXI, 10. Parimodo
nivea albedo lepræ, de qua §. 7. damnare videtur propriam,
ut a Theologis dicitur, justitiam. Candor enim niveus symbo-
lum justitiae. JES. I, 18. APOC. VII, 9. 14. Imaginaria felicitas pec-
catoris simili mihi videtur lepræ efflorescenti LEV. XIII, 12. פָּרָה
LXX. αὐθεντικὴ ἐξαίρεση p. 57. λεπρὴ ἐξαίρεση SVIDAS in hac V.
Λεπρὴ δὲ ἐπηγένετο τῷ προσωπῷ αὐτοῦ.
Lepra efflorescebat in facie ejus.

Quæ vox de prospero hominis statu sibi usurpatur PSALM. CXXXII, 18. Sic impii florent, sed in perniciem latitiae & felicitas vertitur. Eadem ratio lepræ domorum, quæ monumenta nostræ corruptelæ, signa infirmitatis. Orbe enim terrarum ob peccata mortalium in pejus mutato adversus injurias tempestatum ejusmodi propugnacula querere, necessitas fivit. Additamenti loco observabimus duo ex traditione Judæorum momenta; Primum lepra luem non humiliè infecisse casam & tenebrosam, secundo loco, lepram domus plerumque præcessisse vestium, vestim præ-
cessisse corporis humani contagionem; quorum prius indicare potest periculum illud, quod ex opum affluentia timendum sanctitatis studio, posterius gradus penarum divinarum, quibus commonefacit & deterret peccatorem LVND. C. LI.

§. XX.

Jam vero ut penitus arcanam hanc doctrinam perspiciamus, opera pretium videtur, peccatorem in statu conversionis sub imagine leprosi considerare. Ubi prima subnascitur opinio & suspicio mali, cognitioni Dei optimi maximi se sistat peccator necesse est. PSALM. XXVI, 2. CXXIX, 20. 21. Ut leprosus sacerdoti, cuius ordinis nec contemnenda salutaria consilia, nec interiori animus explorationi subtrahens est. Äquo animo audiat judicium de impuritate, per septiduum divinæ patientia & longanimitatis, moerori & pœnitentia ipsius destinatum, solus secum habiter, exclusus ab omni societate, inclusus, tanquam carceri obnoxam.

nokam. Brevi redibit in communionem sanctorum, si lepra, vel evanescit, vel totum corpus occupat, nempe, si magnitudo peccatorum adeo ingens & incredibilis videtur, ut se totum foedum, pollutum, contaminatum, abominabilem, detestandum, profanum, eternis cruciatibus obnoxium judiceret. Merito mirum nobis, lepram totum corpus occupantem, signum sanitatis & puritatis exstisit. Quod non satis admirari potest PHILO JVDÆVS de immortalit. Dei, adjiciens: Ταχα ἀν τινος τα ἐναπτον, ὅπερ ἐνλογον ἡν ἵστολαβεν, εἴκασαν-
τος, την μεν ἐξαλμενην ψη περι βερεχνη πτε συματος λεπρων, ἥττον
σκαθαρων, την δικαιουμενην, ὃς ἀπην αἰσθαλαβεν, μαλλον. Quilibet,
opinor, probabiliter conjectans diceret contrarium, lepram, quæ
ultra parvam corporis partem non diffunditur, minus impuram, per
totum vero diffusam impiorēm videri. Sed si gravioris ira divi-
na suspicio, pudefactus coram Deo peccator, DEVT. XII, 14. mo-
re lugentium, scissa veste, revelato & nudato capite incedet, ita pro-
stratus & afflictus, ut præ pudore digitum ori admoveat; procul sta-
bit more publicani LVC. XVIII, 13. exclamans: immundus sum,
immundus sum, JOH. IX, 41. PROV. XXVIII, 13. PS. XXXII, 3-5.
a Deo optimo, maximo opem efflagitans, & a felicissimo Redemptore,
Iesu Christo, angelo medico, ut leprosus MATTH. VIII, 2. & decem
leprosi LVC. XVII, 13. implorantes misericordiam Iesu, non dijudi-
cans remediorum levitatem, quorum interdum vis a solo dei nutu
proficiscitur, ut Naëman II. REG. V, 11. lustrationis haud immemor,
expiationis adeo certus, ut litatum sciat, gratus in Deum, ut Sama-
rita (*) LVC. XVI, latus & hilaris sacris admorbus epulis ex sacri-
cio eucharistico; sancto silentio volvens animo magnitudinem be-
neficii a Deo accepti, ne pia quadam garrulitate effundat temere col-
lectam gratiam, MATTH. VIII, 4. cavens sibi a plaga lepra DEVT.
XXIV, 8. fugiens consortia contaminatorum, abhorrens a foedissima
libidinum potentia, speciosa sub nomine pietatis arrogantia, in-
dignatione contra Dei, O. M. consilia saluberrima, arbitrario Dei
cultu, futilium verborum nugis & ineptiis, nunquam non in memo-
riam revocans, puros de integro in eundem morbum incidere posse.

inclusus in libro de scriptis iudeorum et christianorum. 2. Po-

C) Novem Iudei lepra liberati, sed non redeuntes ad Christum Symbolum sunt hominum, qui post justificationem non satis grati in Deum reperiuntur. Quod vitium late serpit & in multis est, quorum memoria nimis facile excidit incre-
dibile illud beneficium expiationis. Quo facto eo impietas sensim proce-
dunt, ut desperatis comparandi sint. HEBR. X, 26-29. II. PET. II, 20-22.

Postremo loco notandum nobis, plerosque purificatos, iustratos & expiatos, non sanatos simul, sed tantum scabiem ita mutatam, LEV. XIII. 6. ut lepra esse desierit, quo factō redire in consortium hominum & in sacrorum communionem. Quæ res optime nobis declarat, statum hominis peccatoris post justificationem, cui adharet mali labes, ROM. VII. sed omni damnandi sublata vi, ROM. VIII. i. ita tamen, ut non latius se diffundat illa mali labes, gangræne more. Quod, si observatur, lex clamat: Certe lepra est. immundus es. LEV. XIII. 22.

§. XXI.

Jam ad sacerdotum munia procedimus, ut intelligamus, qua ratione ipsos tractare deceat peccati labe pollutos. Subtilis fuit scientia, cognitio lepra ex mente Iudaorum; nec minor difficultas in cognoscendo vero statu & conditione peccatoris. Tot & tam abstrusa in pectori humano latebra sunt & recessus. Elaborandum igitur sacerdoti, ut penitus perspiciat animos hominum, ut de uniuscujusque conditione & imprimis de gradibus pravitatis verum possit facere judicium. Qua de re iterum iterumque cognitioni & explorationi opera insumenta. Obviam eat peccatori vel ante castra Israelis, sicut gratia Dei. O. M. desperatis & fugientibus occurrit. Ne se subtrahat perditissimis, praestans omnia potius, qua iustificationi inservire possunt. Sacerdotibus Iudaorum sua manu radendi erant polluti, nec ipsi tam feodo ministerio infecti, ut significaretur, ne se subducerent profligatissimis. Imprimis expiationi sacerdotes Vet. Test. operam suam dicabant. Sic Doctores N. Fæderis peccatores sanguine expiatorio Jesu, felicissimi Redemptoris aspergere decet, & ubi litatum est, diligenter communere, ut grati in Deum & incredibilis beneficij expiationis memores sint. Si locus conjectura esset, equidem contendere, sanatis & expiatis formula quadam solenni acclamatum: Abi in pace, fides tua sanavit te, ne pecces in posterum, ne graviora te opprimant mala. II. REG. V. 19. Coll. Coll. LVC. VII. 50, XVII. 19. JOH. V. 14.

§. XXII.

In S. litteris nulla lepræ curatio consignata est, nisi per miraculum facta, ut cognosceremus vim Dei miraculosam in delendis mortalium peccatis EPHES. I. 19. Percensentibus omnia exempla, quorum in S. litteris mentio injicitur, tres tantum existunt apparebit viros, divinitus præditos facultate medendi lepræ; Mosen cuius preces le-

pra

pra liberavere Mijamam DE VT. XII. qui mediator Vet. Test. typus fuit felicissimi nostri Redemptoris, Iesu Christi: Elifam, qui Naëman, Syrum ratione, sanavit & miraculorum multitudine & donis extraordinariis Sp. S. II. REG. II. 9. compar. PS. XLV. 8. Christo typica similitudine comparandus est, cuius etiam tempore multi inter Judæos leprosi verlabantur. II. REG. VIII. 3. LVC. IV. 27. & Iesum Christum, qui inter alia miracula & multos sanavit leprosos, inter quos expressis verbis referuntur leprosus MATTH. VIII. & decem leprosi LVC. XVII. Sed non solos fuisse, ex eo appetet, quod inter signa Messiae resertur sanatio leproorum, LVC. VII. 21. & Apostolis eadem commendatur. MATTH. X. 8. Sic factum est divina providentia, ut quam plurimi leprosi tempore Christi essent, magna multitudine morbo levaretur; quo significatum, Christum esse magnum illum medicum, qui vulneribus nostris mederetur. LVC. V. 31. EXOD. XV. 26. JER. VIII. 22. PSALM. CIII. 3. magnum sacerdotem, qui omnem nostram fœditatem & turpitudinem lustrali sancte vine suo posset expiare. HEBR. IX. 14. XII. 24.

§. XXIII.

Reliquum est, ut paucis aliis typi hujus similitudinem ostendamus. Felicissimus noster Redemptor, Jesus Christus LVC. IV. 27. ubi multos tempore Elifai in Israele fuisse leprosos, quorum vero præter Syrum Naëman neminem sanatum, expressis verbis asserit, nos in eam deduxit opinionem, lepram esse typum populi Judaici, quod forte præfiguratum per leproram Mosis manum, qua inter prima veteris testamenti signa. Haud sine causa dictum ab invictissimo Vindice nostro arbitror, eo temporis momento, cum a suis popularibus exturbandus brevi esset; ut Syrus ille Naëman II. REG. V. & Samarita LVC. XVII. præfigurarent barbaros & idolorum cultores, olim recepturos Messiam, & recuperaturos per illum sanitatem, tanquam ex arbore vita APOC. XXII. 2. Judæos arrogantes, ut Mirjama, religionem ad arbitrium suum trahentes, ut Uria, vel sacra quæstui habentes, ut Gehazi factitaverat, qua imprimis in secta Pharisæorum inerant vitia, tanquam impuros extrudendos. MATTH. VIII. 11. multos sanatos, ut reliqui illi novem LVC. XVII. reversi ad præfatas fôrdes, de qua sat trieti & sat frequenti a Christo defectione Judæorum graviter queruntur Apostoli LIGHTFOOT ad I. PETRI V. 8. aliisque locis. Alias typi hujus comparationes V. B. L. in BIERMANNI M. & C. LAMPENS Engden-Bund, LAN-
GII Myst. Christi & Christianismi.

§. XXIV.

S. XXIV.

Judæi observarunt, domicilia sanctæ urbis Hierosolymæ & templum Dei O. M. libera & immunita ab omni lepra metu & periculo fuisse. Sic Ecclesia N. Test. Apostolica, ut regni celorum typus, serme describitur. APOC. XXII, 3. XXI, 27.

S. XXV.

Lectissimos juvenes, publice declamatueros, Musarum Amici ut benevole audent, majorem in modum peto quæsoque, quorum nomina & argumenta infra scripti patro sermone Honestorum Ci- cium maxime caussa.

- I. Ludewig Wilhelm Eversmann, aus Magdeburg, beklaget in einem teutschen Gedichte den Verlust der alten Bibliotheken durch die Verheerung der Saracenen, und, da er seine Schul-Jahre bei uns rühmlich zugebracht, nimmt er Abschied.
- II. Johann Heinrich Behns, aus Schönebeck, redet in teut- scher Sprache von dem Unglücke in der Welt.
- III. Christoph Ludewig Lane, aus Söhnen im Magdeb. han- delt in teutisher Sprache vom Erdbeben.
- IV. Christian Paul Schulze, aus Döhren im Halbestädti- schen, besinget in einem lateinischen Gedichte ein hohes Gebirge.
- V. Johann Ludewig Cherubim, aus Stendal, redet in teut- schen Sprache von der Demuth.
- VI. George Carl Rätsdorff, aus Magdeburg, da er in den Schul-Wissenschaften einen guten Grund gelegt, nimmt er in einer lateinischen Rede Abschied, wobei er zugleich von den Reichthümern der Alten seine Gedanken eröffnet.

Diese Red-Ubung ist auf den 13. May des Nachmittags um 3. Uhr vef- gestellert.

Corrigenda

Pag. 3. Lin. 26. $\pi\mu\pi\beta\beta\alpha\tau\omega$. p. 6. l. 5. incubuit. p. 10. l. 21. Appion. P. IX.
l. 27. Pollux. p. 15 l. 1. eutem. p. 17. l. 30. post C. 5. inferatur: fallitur. P. 18.
l. 36 Christenthum. p. 21. l. 15. inf. II. Certa. p. 22. l. 13. Fertum. p. 23. l. 1.
generis. p. 24. l. 25. inf. post Judæorum. sed.

(o)


01 A 6643



80-

D





20

J. G. IMMERMANNI,
PRORECT.
GYMNASII MAURITIANI
DISSERTATIO
DE
L E P R A,
MORBO SYMBOLICO,
ACTUI ORATORIO
AD DIEM IX. MAI: MDCCXLIII.
HABENDO
P R E M I S S A.

MAGDEBURGI,
LITTERIS NICOLAI GÜNTHERI, REG. PRVSS. PRIVIL.
TYPOGRAPHI AVLICI.

Dok. Grön Dausser von Munchhausen